

## No. 62. 1395. 10. Jan.

*Notariats-Instrument, wornach am genannten Tage* in domo honorabilis viri domini Johannis Kycz vicarii perpetui ecclesiae Misnensis, notarii illustrissimi principis ac domini, domini Balthazar lantgravii Thuringiae — discretus vir dominus Nicolaus Ebirstorf perpetuus vicarius eccl. Misn. duas partes viatici in pergameno scriptas et bene ligatas ac praeparatas et unum psalterium, quarum partium unam videlicet hyemalem continentem etiam psalterium et commune sanctorum protunc dumtaxat in manibus suis habuit, ad capellam beatae virginis Mariae in Misna bona voluntate et proprio motu devotaque intentione irrevocabiliter et perfectissime dedit et donavit, eandemque partem hyemalem mox Paulo Bucwen magistro fabricae huiusmodi capellae et Mathiae notario civitatis Misnensis in signum verae donationis praesentavit. Qui quidem Paulus et Mathias ex singulari petitione et affectu dicti domini Nicolai dictas partes viatici et psalterium sicut praemittitur datas et donatas eidem domino Nicolao pro orationibus suis et horis canonicis complendis in eisdem dumtaxat ad tempora vitae suae benevole concesserunt committentes sibi, quatenus dictas partes viatici cum psalterio optime custodiret easque a dicta capella gloriosissimae virginis Mariae nequaquam alienare praesumeret quovis modo. Quo facto protestatus est memoratus dominus Nicolaus, si casu dictae partes cum psalterio vel alterum ipsarum, quod absit, contra ipsius voluntatem cremarentur vel alias quoquomodo perirent, quod ipse vel sui testamentarii pro eo non deberent vexari per aliquem vel impugnari disposuitque, quod post ipsius mortem dictae partes et psalterium ut praedicitur donatae in huiusmodi capella in publico loco sub cancello ferreo debent firmissime cathenari, ita quod presbyteri advenae vel quicumque fuerint, in eisdem orationes suas ac horas canonicas salubrius perficere valeant et orare. Super quibus omnibus etc. Acta sunt haec Misnae — praesentibus discretis viris dominis Johanne Wurzcin et Johanne Lask vicariis perpetuis praefatae ecclesiae Misnensis, testibus ad praemissa vocatis specialiter et rogatis.

Signum Et ego Conradus dictus Sewin de Molhusen, clericus Maguntinensis dioecesis, notarii. publicus sacra imp. autoritate notarius etc.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Meissen. Auf der Rückseite von einer Hand aus dem Anfang des 15. Jahrh. die Worte: super libros qui iacent in pulto.

## No. 63. 1395. 21. Aug.

*Der Probst und der Convent zum h. Kreuze schliessen mit dem Stadtrathe einen Vertrag wegen der von der Martinskirche bis an Siebencichen links vom Wege nach Wilsdruf gelegenen Aecker, der Viehtrift zc.*

Wir er Heinrich von Tubinheym probist, Elyzabeth eptischinne, Margaretha priorynne, Barbara vndirpriorynne vnd dy ganzze sammenunge czum heiligen cruce dez closters, daz do gelegen ist vnd lyt an der Elbin nydenwendik Misen, bekennen —, das wir mit gutim willen, wolbedachtim mute, mit gnaden gunst vnd wissin vnsirs lieben gnedigen hern, ern Wilhelms marcgrauen czu Mysin vnd dez closters fründe vns gutlichen fruntlichen eyntrechtlichen vnd nuczlichen gericht gesunet vnd geeynet habin mit den erbern vnd wysen ratlutin der stad czu Mysin, Albrechte Cappelndorff burgermeistere, Hensil Kramere, Dytheriche Eckilmanne, Pawil Eych-